



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

VIII. Bischof Wilhelm von Havelberg weihet das Kloster zu Poelde und ertheilt den Wohlthätern desselben einen Ablass, im Jahre 1240.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54314)

Churm. Br. V, II, IV, 173. Gundling und Beckmann schrieben die Urkunde von dem besiegelten Original zu Kyritz ab, welches im Brande verloren gegangen ist. Die Urkunde ist aus einer Vergleichung dieser Abschriften dem Anscheine nach richtig hergestellt. Die bisherigen Abdrücke sind jeder in mehreren Punkten fehlerhaft. Bei Buchholz ist sogar das Jahr 1230 als das der Ausstellung angenommen.

VIII. Bischof Wilhelm von Havelberg weiht das Kloster zu Poelde und ertheilt den Wohlthätern desselben einen Ablass, im Jahre 1240.

W., Dei gratia Havelbergensis Ecclesiae Episcopus, omnibus Christi fidelibus aeternam in Christo salutem. Quoniam, ut ait Apostolus, omnes stabimus ante tribunal Jesu Christi, rationes reddituri, prout gessimus in corpore, sive bonum sive malum, oportet nos diem messonis crebris jejuniis et orationibus et eleemosynarum semine, et aliis bonis operibus prevenire, unde qui parce seminat, parce etiam metet, et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus etiam metet. Inde est, quod univrsitatem Christi fidelium scire volumus, quod Monasterium in Poelde dedicavimus, et omnibus eidem Ecclesie pias eleemosynas largientibus, de confessis et contritis, de misericordia Jesu Christi confisis, de injuncta poenitentia XX dies misericorditer relaxamus, et hoc anno infra XXX dies hanc indulgentiam invenient, postea de mense in mensem, deinde de anno in annum. Datum Palithe. Anno gratia MCCXL. Pontificatus nostri anno XXI.

Aus Leuckfeld's Antiqu. Poeld. p. 41. Note.

IX. Die Markgrafen Johann und Otto übertragen auf die Stadt Prizwalk Seehausensches Stadt-Recht, im Jahre 1256.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Johannes et Otto, dei gratia Marchiones Brandenburgenses, omnibus in perpetuum. Accedentes ad nos dilecti ciues nostri de Prizwalk, nobis humiliter supplicarunt, quatenus ipsis talia indulgere jura et concedere curaremus, qualia ciues nostri de Seehufen noseuntur antiquitus habuisse. Quorum precibus, ipsorum meritis exigentibus, cupientes annuere, animo liberali eadem jura ipsis duximus conferenda, inferentes eadem presenti Cedula, prout continentur inferius in hunc modum. Si in dicta ciuitate Prizwalk duo legitime sociati viuunt, moriente altero ipsorum, viuens obtinebit dimidiam partem hereditatis et alteram partem heredes: illegitimis vero ius seruabitur generale vndique comprobatum. Item si seruus et ancilla intrarint ciuitatem Prizwalk et manserint in ipsa per diem et annum, propter gratiam in ea obtinent plenam libertatem. Item si aliquis vir duxerit vxorem, vel femina virum, et receperit liberos, partem hereditatis sue, si moriente vno parente suo velit partem hereditatis sue tollere cum heredibus referat partem dimidiam, quam accepit: si vterque parens moritur, referat totam summam aut superfedeat. Item si aliquis vir moriente vxore sua vel femina moriente viro suo habuerit paruulos, quibus non diuisit hereditatem, si vir ducit aliam vxorem vel femina nubit alteri viro, heredes tollent tres partes hereditatis et vir vel femina quartam partem. Item si vir moriente vxore sua vel femina moriente viro suo habuerit paru-